

gare? sinamus potius his, qui, gram(m)aticam professi, de nominum interpretationibus agunt aut derivationibus aut compositionibus aut allusione aut ethimologia, vel siquid est aliud quo rudiores vocabula doceantur. nam que vis est nominum nisi ut res 5 ipsis explicentur? hoc autem maxime conficitur definicione; ea namque cum natura rei seu essentia tum differentia continetur, quibus res illa differt a rebus ceteris. ergo, ut omittamus vocabulorum interpretationem, quid pestilentia sit definire curabimus. itaque pestilentia, clades, epidimia, lues, contagium, inguinaria, et si qua<sup>(a)</sup> reperiantur similia vocabula, quanquam pro diversitate 10 nominum varia significant, quod pretero, quantum tamen attinet, res est unica que vocatur ex omnibus: ea est morbus brevi multitudinem animantium uno fere necis genere consumens. hic morbus cum adversum mortales loco aliquo pervagatur, sospitem locum petere non probas, negasque dignum id esse sapiente. si hoc non 15 scripisses, si tuis litteris ita non accepissem, ferenti cuique id te dicere nunquam meam fidem accommodatus fui. cur? queris.

affermo che dessa è un morbo che in breve tempo uccide gran moltitudine di viventi con pressoché lo stesso genere di morte.

Ora, imperverando in un luogo tale morbo, Antonio biasima la fuga come atto indegno d'uomo savio:  
 atteggiamento incredibile da parte sua, perché in aperto contrasto con tutto ciò ch'egli, uomo di provata costanza, aveva già detto e scritto intorno all'argomento.

memineram profecto, et ante oculos aderant, que te contra fari audissem, tue eciam littere quibus id<sup>(b)</sup> mandasses. prudentiam tuam neveram, tuam integritatem, tuam constantiam; qui nec temere quid adfirmare soleas quod continuo dampnes, nec simulare te id velle quod nolis, nec facile mutare sententiam. nemo est itaque tam perspecte<sup>(c)</sup> fidei, nec apud me quisquam auctoritate valet tantum, ut, eo de te referente<sup>(d)</sup>, potuissem in animum demittere nunc te dicere idque litteris affirmare quod contradicentem te audissem et tua manu perlegisset et tuis litteris.

Ripetutamente poi nelle sue lettere aveva tentato di confutar Coluccio, il quale sosteneva la fuga essere inutile, anzi, atto di uomo molle, leggero, non forte,  
 e ripetutamente, sebbene invano, lo aveva esortato a

Neque enim exciderunt littere ille tue, quibus obstas insigni viro Colutio. is quippe principem se fecit alterius sentencie, dicitque propalam, nec id sermone tantum, ac stilo itidem<sup>(e)</sup> certat, inanem esse fugam, virique levis et nimium delicati, non constantis, non fortis, non severi, non gravis. hanc autem sentenciam ut convelleres, quotiens cum eodem concertasti, viro utique gravissimo et huius etatis plane facundissimo! quot epistolis eum e Florentia diducere; tunc enim lues eam depascebatur; et ad Sanctum Mi-

(a) *M* et *sepiā*      (b) *M* quibus his      (c) *M* p̄fē *M*<sup>2</sup> prospecte      (d) *M* refere  
 (e) *M* tantum ac stilo id idem